

PIUM HONORIS MONUMENTUM,

QUOD  
BEATIS CINERIBUS

VIRI

*DVM VIVERET,*  
SUMME REVERENDI, DOCTISSIMI  
AMPLISSIMIQUE

IOANNIS HENRICI  
GUTJAHR,

ECCLESiarUM  
IN COMITATU VVERNIGERODENSI  
SUPERINTENDENTIS SPECTATISSIMI,  
SACRI SYNEDRII CONSILIARII,

AD S. SYLVESTRI ET GEORGII AEDEM

PASTORIS PRIMARII,

SCHOLAE VVERNIGERODANAE

EPHORI *DVM VIVERET* GRAVISSIMI,

CUM DIE IV. Junii MDCCXLII PIE OBDOORMIVISSET,

ET DIE VII IUNII EIUSDEM ANNI CORPUS EIUS EXSANGUE

DECENTI RITU SEPELIRETUR,

POSUERUNT

COLLEGÆ LYCEI WERNIGERODANI.

VVERNIGERODAE,  
EX OFFICINA STRUCKIANA,



Kapsel 78 N3 [34]

X3037414

AK





**G**arrulus heu ! quoties haec ludit verba  
poeta:

Viue diu ! veniat cana seneſta tibi!  
Haec legit et ridet tam ſuauiſa verba  
patronus,

Inque ſinu gaudet, praemia fertque lubens.  
Hoc eſt in votis : pueri verſatile buxum

Verbere qui verſant, queis ſalit icſta pila;  
Quaeque ligant flores varios in ſerta puellae,  
Iam ſibi gratantur tempora ſparſa niue.

Quis vero , infandum ! multum peccaſſe negabit,  
Quem ſua cum Pylio viuere fata ſinunt?

Scilicet illa lues ſerpit quoque caeca per orbem,  
Mortem vt vix cogitet , quem Libitina rapit.


Sunt, queis, dum viuunt, tituli furioſa lubido,  
Ceu dirus cancer , turgida pectora edit:

Auras venantur tenues et inania captant,  
Vrere nec ceſſat laudis anhela fitis;

Gloriae amor creſcit, creſcit dum nobile nomen,  
Nec fitis ad ſtygias illa leuatur aquas.

Sunt





Sunt, quos annosus vigilans amor vrget habendi,  
Qui quum possideant plurima, plura petunt:  
His opus, his labor est, positus in foenore nummis,  
Condere pro sobole tulua metalla sua.  
Quaerit opes genitor; reppertis abstinet idem;  
Vti, ne perdat, tristis inopsque timet:  
Annis prouehitur, simul ast acquirit eundo  
Vires argenti cana cupido nouas.  
Sunt, qui longaeui genialem viuere vitam  
Conlueuere diu, continuantue senes:  
Heu! fugiunt curas et taedia longa laborum  
Indulgent genio desidiisque pigris.  
Sunt, qui, dum viuunt, clamorae praelia linguae  
Miscunt et rixis dissidiisque flagrant.  
Ast alii, melior queis est prudentia rerum,  
Rectius aetatis tempora fera locant:  
Inuigilant Musis et doctae Palladis arti;  
Curant res sacras imperiumque tenent.  
Sed quoque ù perdunt numquam reparabile tempus,  
Ni pedibus properis astra beata petant.  
Is demum vixit multos feliciter annos,  
Vnum qui discit: rite pieque mori.  
Aetas longa fiet; multo sed longior haec est  
Ars, quamquam pueris hanc didicisse licet:  
Illa die nobis semel est recitanda supremo  
Lectio; quam felix, qui bene callet eam!

Hanc





Hanc, PRAESUL VENERANDE , monebas discere caute

Artem, ne fallat mors properata rudem \*

Iam TE lugemus mortali lumine cassum :

Ordo facer luget ; ciuica turba gemit.


En TVA post obitum merita hic permulta manebunt :

Pro meritis grates Wernigeroda refert.

Ac nostrae lugent viduatae PRAESULE Musae

Et querulo clamant tritius ore : Vale !

\* Venerandus Dominus Ephorus ante trimestre spatium uni ex collegio nostro ipsum visenti gravissimis verbis hanc lectionem, semel, sed beate moriendi commendabat: ex quo subinde hoc ipsum carminis nostri argumentum enatum est.



Hanc





78 N3 [34]

100

PIUM HONORIS MONUMENTUM,

QUOD  
BEATIS CINERIBUS

VIRI

*DVM VIVERET,*  
*SUMME REVERENDI, DOCTISSIMI*  
*AMPLISSIMIQUE*

IOANNIS HENRICI  
GUTJAHR,

ECCLESIARUM  
IN COMITATU VVERNIGERODENSI  
SUPERINTENDENTIS SPECTATISSIMI,  
SACRI SYNEDRII CONSILIARII,

AD S. SYLVESTRI ET GEORGII AEDEM

PASTORIS PRIMARII,

*SCHOLAE VVERNIGERODANÆ*

*EPHORI DVM VIVERET GRAVISSIMI,*

CUM DIE IV. Junii MDCCXLII PIE OBORMIVISSET,  
ET DIE VII IUNII EIUSDEM ANNI CORPUS EIUS EXSANGUE  
DECENTI RITU SEPELIRETUR,

POSUERUNT

COLLEGÆ LYCEI WERNIGERODANI.

VVERNIGERODAE,  
EX OFFICINA STRUCKIANA,



1742

Kapsel 78 N3 [34]  
X3037414

